UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Quid si Sacramentum evemi contingat? n. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

Visual Library

Fidelium, quam Rubricarum apicem, ejuſmodi cautelas præcipientem obſervare. Ex his, ſimilia quæ facile occurrere in dies ſolent, ex teipſe colligere potes.

*Quid ſi Sacramentum evomi contingat.*

4 SI ſacerdos evomat Euchariſtiam, ſpecies autem integræ appareant, reverenter aſſumantur, [a] niſi nauſea fiat, ſecus ſeparentur, & in loco Sacro reponantur, donec ſiccentur, ſeu corrumpantur; tunc enim comburendæ ſunt & cineres in Sacrarium proiiciendi. Si ſpecies non appareant, & corruptæ iam iudicentur, totus vomitus ſimiliter comburatur, cineresque in ſacrarium immittantur. Ex quo apparet nõ eſſe audiendũ Paludanũ,

g &

a *In Rubric. Miſſ. de defec. occurr. num. 14.*

*a* & Sylveſtrum *b* putantes eſſe Sacrilegium Species comburi; ſolum enim id verum habet, ſi ſub illis eſt Christus Dominus, nō vero iis exſiccatis, quando Dominus ibi eſſe deſiit.

5 Adverte tamen tunc ſolum eſſe licitum eiuſmodi vomitum provocare, quando cognoſcit ſacerdos, quod ſpecies à ſe ſumptæ, veneno, ſeu ſimili tabe fuerint infectæ: de qua tota re diximus *a* in Opuſculo de expedienda Communione.

*Quando Hoſtia eſt confracta, & quando eiuſdem Particula remanet in fundo Calicis,*

5. SI Hoſtia appareat fracta ante conſecrationē poſt oblationem (idem dic de quacumque ſimili macula accidentali) non eſt inconve-

a *Palud. apud Gavant in Rubr, Miſſ. pa. 3. c. 10: nu 6* b *Silveſt. apud eund. ibid.* c *Opuſc. de exped, com. c. 3. §. 4.*